

paternam malitiam vocans, tanta est superabundantia amoris ipsius ad homines. Quia quantum ad comparationem Dei, qui solus singulariter bonus est, ois mali videtur, sicut ad comparationem Solis ois lucidum videtur obscurum. HIERO. Vel forte Apolos malos dixit, quia sub Apolorum persona omne horum genus damnatum, cuius ab infantia cor ad malum appositum est, ut in Genesi legitur. nec mirum, huius seculi hoies dici malos, cum & Aplus memoret, quoniam dies mali sunt. A V G. de Ser. Dni. Vel malos appellavit huius seculi dilectores. vnde & bona que dant, secundum eorum sensum bona dicenda sunt, quia hoc pro bono habent, quoniam & in rerum natura, ista bona sunt. Et patet. Et ad istam vitam infirma pertinet. A V G. de Verbo. Bonum, quod facit bonus, Deus est. Aurum, & argentum bonum est, non quod faciat bonum, sed vnde facias bonum. Mali ergo cum simus, & bonum preceptum habeamus, non semper mali remaneamus. A V G. de Ser. Dni. Si ergo cum simus mali, non minus id dare quod petimus, quanto magis sperandum est daturum Deum nobis bona petentibus? CHRYS. super Math. Qui autem non oia petentibus prestat, sed bona tantummodo deo contenten ter addidit, bona. G L O. A Deo, non nisi bona percipimus, quia licet nobis videantur oia, a dilectis in bonum cooperantur. R E M I. Et sciendum, quod ubi Martheus sic dicit: Dabit bona: Lucas dicit: Dabit spiritum bonum, sed non debet videri contrarium, quia cuncta bona que homo a Deo accipit, per gratiam Spiritus sancti dantur.

Serm. 5.

Lib. 2. c. 33.

Lib. 2. c. 34.

Lib. 2. c. 34.

Serm. 6.

Cap. 6.

ignorantiam refugere. A V G. de Ser. Dni. Videtur autem hoc preceptum ad dilectionem proximi pertinere: non autem ad Dei, cum in alio loco duo esse precepta dicat, in quibus lex pendet, & Prophetarum, cum autem hic non addit, tota lex, quod ibi addidit, servatum locum alteri precepto, quod est de dilectione Dei. A V G. 8. de Trini. Vel aliter: Ideo scriptura tantum dilectionem proximi commemorat, cum dicitur: Omnia quecumque vultis, quia qui proximum diligit, consequens est, ut & ipsam precipue dilectionem diligat: Deus autem dilectio est. Consequens est ergo, ut precipue diligat Deum. G L O. A V G. de Ser. do. in mon. Admonuerat superius Dns ad habendum cor simplex, & mundum, in quo queritur Deus: sed quia hoc paucorum est, iam incipit de investiganda sapientia loqui, cui inuestigande, & contemplande talis oculus p omnia superiora perducitur, quo videri iam possit arcta via, & angusta porta. vnde subdit: Intrate per angustam portam. G L O. Vel aliter: Est difficile sit, ut alij facias, quod tibi vis fieri: tamen sic faciendum est, ut in tremus per angustam portam. CHRYS. super Math. Vel aliter: Tertia haec conuenientia ad iustitiam ipsius pertinet, ut sit ordo narrationis talis: Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & postea sequitur: Intrate per angustam portam. Tres sunt naturales passionis, & intus carnis: primo esca & potus: deinde amor viri ad mulierem: tertio loco mors, & ideo gratia est eas a natura carnali precipere, & ceteras passionis. Et ideo nullius passionis abstinencia sic sanctificat corpus, sicut quod homo fit castus, ieiunus, & in vigilijs perseverans: ergo propter oes has iustitias, & precipue propter laboriosissimum ieiunium, dicit: Intrate per angustam portam. Porta perditionis est diabolus, per quem introitur in gehennam. Porta vitae est Christus, per quem introitur in regna caelestia. Lara autem porta de esse diabolus, non magnitudine porcellatis extensus, sed effrenate superbia licentia dilatatus. Porta autem angusta de Christus non paritate potestatis exiguis: sed humilitatis ratione collectus, quia quem torus non capit inuisibilem intra angustias veteri vaginalis includit. Via autem perditionis est omnis iniquitas: dicitur autem spaciofa, quia non est intra regulae discipline inclusa, & ambulantes in ea quicquid eos delectauerit, hoc sequuntur. Via autem vitae, dicitur esse omnis iustitia, & propter contrarias causas esse arcta. Considerandum autem, quia nisi quis ambulauerit per viam, non potest peruenire ad portam. Quatenus non ambulat per viam iustitiae: impossibile est vt uere Christum cognoscant. Similiter nec incurrit in manus diaboli, nisi quia in via ambulat peccatorem. G R E G. super Iezechielem. Quamuis autem charitas sit lata: tamen per angusta & ardua homines ducit a terra: Satis angustum est omnia praeteritum iterum solum diligere, prospera non ambire, aduersa non timere. CHRYS. in Hom. Sed cum postea dicat: Iugum meum sicut est, & onus meum leue: qualiter hic angustam esse viam ait, & arcta: sed & hic monstrat eam leue esse, & suauem: quoniam uia est, & porta est sicut & altera, & spaciofa de ipsa uia & porta est, horum autem nihil mansurum est: sed oia pertransiunt. Tansire autem labores, & sudores, & in bonum finem deuenire. In uitam, sufficiens est mitigare eos, qui agones patiuntur. Si enim tempestates nautis, & vulnera militibus leuia sunt, propter spem praemiorum pereuntium, multo magis cum caelum praeterea fuerit, & im mortalia praemia, nullum aliquis sentiet imminentium periculorum. Sed & hoc ipsum, quod dicitur illam arctam uocari, maxime ad faciendam illam facilem conferebat: per hoc quidem ut semper uigilarent admonuit. hoc. Dns dicit erigens nostrum desiderium. Qui enim in agone certat, cum uiderit principem admirantem labores agonum animosior fit. Ne igitur nocui simus cum multa nobis hic contigerint tristitia, quia arcta est uia, sed non ciuitas, ideo neque hic quietem oportet expectare, neque ibi triste aliquid praefolari. Dicitur autem, quoniam pauci sunt qui inueniunt eam, rursus hic multorum desiderium significat, & audientes erudiunt non multorum prosperitatibus attendere: sed paucorum laboribus. HIERO. Significanter igitur de utraque via locutus dixit, quod per latam multi ambulante, angustam pauci inueniunt. latam enim non querimus, nec inuentione opus est. quia sponte se offert, & errantium uia est. angusta uero, nec omnes inueniunt, nec qui inueniunt, statim ingrediuntur per eam. Siquidem multi inuenta ueritatis uia, capti uoluptatibus saeculi de medio itinere reuertuntur.

Lib. 2. c. 34.

Cap. 7.

Lib. 2. c. 35.

Hom. 24.

Hom. 43.

Cap. 7.

Lib. 2. c. 38.

Lib. 2. c. 39.

Cap. 11.

ueniunt angustam portam, & arctam uiam, ne haeretici, qui perique se sub nomine paucitatis commendant, se nobis supponant, statim subiicit dicens: Attendite a falsis Prophetis. CHRYS. in Homil. Vel aliter: Quia dicitur est, quod angusta est porta: sed & multi sunt, qui peruertunt eam quae illuc fert uiam, ideoque induxit: Attendite a falsis Prophetis. In quo ut maiorem sollicitudinem habeant, meminit eorum, qui in pariter coru facta sunt, falsos Prophetas uocatis: etenim tunc talia congerit. CHRYS. super Math. Quod autem scriptum est infra. Quia lex, & Propheta usque ad Ioannem dicitur quia propheta de Christo, non erat futura post eum. Propheta autem & fuerunt, & sunt: sed non qui prophetaerent de Christo, sed qui interpretarentur ea quae de Christo ab antiquis fuerant prophetae, id est Doctores ecclesiarum: nec enim potest quis propheticos interpretari sensus, nisi per spiritum prophetiae. Sciens ergo Dominus futuros esse falsos Doctores, haeretum diuersarum admonet dicens: Attendite a falsis Prophetis. Quia enim non erant futuri manifesti Gentiles, sed absconditi sub nomine Christiano non dixit: Aspicite, sed: Attendite: ubi enim res certa est, aspicitur, id est simpliciter uidentur, ubi autem incerta, attenditur, id est caute consideratur. Item dicit: Attendite, quia firma tutela salutis est scire quem fugias. Non autem sic admonet: Attendite: quasi inuito Deo diabolus haereticos introducat, sed eo permittente, quia enim non sine iudicio uult seruos suos habere: ideo misit tentationem, quia uero non uult eos per ignorantiam perire, ideo praemonet. Ne autem aliqui haeretici Doctores dicant, quia non dixit uos falsos Prophetas, sed Gentilium, & Iudaeorum Doctores, ideo addidit: Qui ueniunt ad uos in uesimentis ouium. Oues enim Christiani dicuntur, uesimentum autem ouile est species Christianitatis, & simulatae religionis, nulla autem res sic exterminat bonum, sicut simulatio. Nam malum sub specie boni celatum: dum non cognoscitur, non caueatur. Et ne adhuc dicat haeticus, quia de ueris Doctoribus loquitur, qui tamen peccatores sunt: ideo addidit: Intrinsicus autem sunt lupi rapaces. Catholici autem Doctores, estis sicut peccatores, serui quidem carnis dicuntur: non tamen lupi rapaces, quia non habent propositum perdere Christianos. Manifeste ergo de haeticis Doctoribus dicit, quia eo postposito specie Christianorum suscipiunt, ut Christianos iniquo iudicium moru dilanent, de quibus dixit Apostolus. Scio quod post discessum meum, intrabunt in uos lupi graues, non parentes gregi. CHRYS. in Homil. Sed tamen uidentur falsos Prophetas hic non haereticos insinuare, sed eos quidem, qui uia sunt corrupti, sed facie quidem uirtutis induuntur, unde dicit: A fructibus eorum, cognoscetis eos. Apud haeticos enim est multoties, & uitam inuenire, apud hos autem quos dixi, nequaquam. A V G. de Serm. Do. Vnde rectissime quae uirtutes: quos fructus non attendere uoluerit, multi enim quaedam in fructibus deputant, quae ad uesitum ouium pertinent, & hoc modo de lupis dicuntur: secuti enim sunt uel ieiunia, uel elemosinas, uel orationes, quae pertinetunt hominibus placere cupientes eis, quibus ista difficilia uidentur. Hi ergo non sunt fructus, de quibus cognosci istos monet. Ista enim quae cum bono animo sunt: sunt proprie ouibus ueltes: cum autem malo in errore non aliud quam lupos tegunt, sed non ideo debent oues odisse uesitum suum, quod plerumque illo se occultant lupi. Qui sunt ergo fructus, quibus cognoscamus arborem mala? dicit Apostolus. Manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia. Qui uero sunt fructus, quibus cognoscamus arborem bonum? idem Apostolus ostendit dicens: Fructus autem spiritus sunt, caritas, gaudium, pax. CHRYS. super Math. Fructus etiam eius ouis, est confessio eius fidei, qui enim secundum Deum uocem humilitatis & uere confessionis emittit, ouis est, qui autem contra ueritatem blasphemij uulcat contra Deum, lupus est. HIERO. Et sic ergo potest de omnibus intelligi, quod hic de falsis Prophetis dicitur, qui alium habent, ac sermone promittunt, aliud opere demonstrant: specialiter de haeticis intelligentium uidetur, qui uidentur continentia, ac ieiunio quasi quaedam pietatis uelle se circundare: intrinsicus autem habentes animum uenenatum, simpliciorum fratrum corda decipiunt. A V G. de Serm. Domini in monte. Sed ex operibus ostendi potest, uerum exteriorum cultum ambitione aliqua faciant. Cum enim ceperint aliquibus temptationibus ea ipsa, uel subtrahi, uel negari, quae isto ualamine uel consecuti sunt, uel consequi cupierunt: tunc necesse est vt appareat, uerum lupus in ouina pelle sit, an ouis in sua? G R E G. 31. Moral. Hypocrita etiam sanctae ecclesiae pace praemittitur, iacere autem oculos nostros religione uesititur. Siqua uero

A fidei tentatio erumpat, statim lupi mes rabida habitus se ouina pelis exoliat, quantumque contra bonos sequat, persequens demoftrat. CHRYS. in Homil. Facile etiam hypocrite capiuntur: uia enim quam iusti sunt ambulare, laboriosa est. hypocrita autem laborare non utique eliger. Deinde ut non dicas: quoniam impositibile est cognoscere tales: rursum ratione ab humano exemplo ponit dicens: Numquid colligunt de spinis uuas, aut de tribulosis ficus? CHRYS. super Math. Uua in se mysterium Christi habet, sicut enim botrus multa in se gra-

Non potest autem arbor mala bonos fructus facere, neque arbor bona, malos fructus facere. Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.

in ligno mediante suspendit: sic & Christus multos sibi fideles per lignum crucis tenet adiunctos. Ficus autem est ecclesia, quae multos fideles tenet dulci quodam charitatis amplexu, sicut ficus multa grana uno tegmine tenet inclusa. Sunt ergo ficus signa haec, charitatis quidem in dulcedine, unitatis autem in coniunctione granorum. In uua autem patientiae quidem signum est, quia in torcular mittitur: gaudij autem, quia uinum iustificat cor hominis: sinceritatis, quia non est aqua permixtum: suauitatis autem in delectatione. Spinae autem, & tribuli sunt haeretici, sicut ergo spina uel tribulus ex quacumque parte habet aculeos, sic & seruos diaboli ex qua parte consideraueris, iniquitatis pleni sunt. Non possunt ergo huiusmodi spinae, & tribuli ecclesiasticos fructus profere. Quod autem particulariter sub similitudine ficus & uitis, spinae & tribuli dixerat: ostendit consequenter uenerabiliter esse uerum cum dicit: Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor, fructus malos facit. A V G. de Serm. Domini. In hoc autem loco illorum error cauendus est, qui de duabus arboribus duas naturas opinantur esse: quarum una fit Dei, altera uero non. Non autem eos adiuuare duas istas arbores dicendum est, quia de hominibus cum dicere planum est, siquis praecedentia, & consequentia legit. A V G. 12. de Ciu. Dei. Nominibus autem predictis ipsae naturae displicent: non eas considerantibus secundum ueritatem suam, non autem ex commodo, uel incommodo nostro, sed per se ipsam considerata natura dat artificij suo gloriam. Nature igitur omnes quoniam sunt, & ideo habent modum suum, speciem suam, & quandam secum pacem suam profecto bonae sunt. CHRYS. in Homil. Ut autem nullus dicat quoniam mala arbor, fert quidem fructus malos, fert autem & bonos, & sic difficilis sit cognitiua duplici prolacione existente: ideo subiungit: Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere. A V G. de Sermone Domini. Ex hoc uero putant Manichaei, ne quae antiam malam fieri posse, ut in melius commutetur, neque bonam in deterius, quasi dictum sit. Non potest arbor bona mala fieri, neque mala, fieri bona: sed ita dictum est. Non potest arbor bona fructus malos facere, nec econuerso. Arbor quippe est ipsa anima, id est ipse homo: fructus uero opera hominis. Non ergo potest malus homo, bona facere, nec econuerso. Ergo si uult malus bona operari, prius bonus fiat. Quandiu autem quisque malus est, non potest facere fructus bonos. Sicut enim potest fieri, ut quod fuit nix, non sit non autem ut nix sit calida: sic potest fieri ut qui malus fuit, non sit malus: non tamen fieri potest, ut malus bene faciat, quia est aliquando utilis est, non hoc ipse facit, sed fit de illo diuina prouidentia procurante. R A B A. Homo autem ipse arbor bona, uel mala dicitur, propter uoluntatem bonam, uel malam. Fructus autem sunt opera, quae nec bona male uoluntatis esse possunt, nec mala, bene uoluntatis. A V G. contra Iulianum. Sicut autem manifestum est ex uoluntate mala, tanquam ex arbore mala fructus eius fieri omnia opera mala, sic ipsam uoluntatem malam, unde dices esse exortam, nisi quia uoluntas mala Angelis ex Angelo, ex homine hominis orta est: Quid autem erant haec duo, antequam in eis ista mala orientur, nisi bonum opus Dei, & bona, atque laudanda natura? Ecce ergo ex bono oritur malum, nec fuit omnino unde oriri possit, nisi ex bono, ipsam dico uoluntatem malam, quoniam nullum malum praesens, non opera mala, quae non sunt nisi ex uoluntate mala tanquam ex arbore mala, nec ideo tanquam ex bono potuit oriri uoluntas mala, quia bonum factum est a bono Deo: sed quia de nihilo factum non de Deo. HIERO. Querebamus autem ab haeticis, qui duas in se contrarias dicunt esse naturas: si iuxta intelligentiam eorum, arbor bona malos fructus facere non potest, quomodo Moyses arbor bona peccauerit ad aquam contradictionis, Petrus quoque in passione Dominum negauerit dicens, Nescio hominem? Aut quae eo frequentia fuerit Moysi arbor mala, qui in Deum Israel non credebatur, dedit consilium bonum? CHRYS. in Homil. Quia uero punire non iusserat falsos Prophetas, ideo terret eos secundum praenam, quae est a Deo dicens: Omnis arbor, quae non facit fructum bonum,

Lib. 2. c. 36.

Cap. 7.

Lib. 2. c. 36.

Lib. 1. c. 3.

Hom. 24.



bonum, excidetur & in ignem mittetur, quibus uerbis & Iudeos...

Non omnis qui dicit mihi Domine, intrabit in regnum...

Hom. 25

Lib. 2. c. 39

In exp. 1. ad Co. cap. 12.

Lib. 2. c. 39

Lib. 2. c. 40

ne in nomine tuo prophetauimus? CHR Y. in Homil. Sed non...

in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus...

in nomine tuo prophetauimus? CHR Y. in Homil. Quoniam...

in nomine tuo prophetauimus? CHR Y. in Homil. Quoniam...

ora tacebunt, nec alter pro altero interuenit, sed singuli ibi...

in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus...

ne in nomine tuo prophetauimus? CHR Y. in Homil. Sed non...

in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus...

in nomine tuo prophetauimus? CHR Y. in Homil. Quoniam...

in nomine tuo prophetauimus? CHR Y. in Homil. Quoniam...

Lib. 2. c. 40

Cap. 8

Lib. 2. c. 40

iam

tiam lectio afferat: demoniorum fugam Christi nomen exagiter...

Omnis ergo, qui audit uerba mea hęc, & facit ea, assimilabitur...

Omnis ergo, qui audit uerba mea hęc, & facit ea, assimilabitur...

Omnis ergo, qui audit uerba mea hęc, & facit ea, assimilabitur...

Omnis ergo, qui audit uerba mea hęc, & facit ea, assimilabitur...

Omnis ergo, qui audit uerba mea hęc, & facit ea, assimilabitur...

subicit, qui audit, & non facit. Non enim quisque firmat in se...

ro stulto, qui edificauit domum suam super arenam, & descendit...

Et factum est, cum consummasset Iesus uerba hęc: admirabantur...

Et factum est, cum consummasset Iesus uerba hęc: admirabantur...

Et factum est, cum consummasset Iesus uerba hęc: admirabantur...

Et factum est, cum consummasset Iesus uerba hęc: admirabantur...

Lib. 2. c. 39

Hom. 26

Cap. 13

Lib. 1. c. 29